



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De lapicidinis. Caput. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

ignis uis per eius uenas egrediens adurit eam, & quod molle est & tenerum, exurit, quod autem asperum, relinquit, itaq; uti in campania exusta terra puluis, sic in etruria excocta materia efficitur carbunculus. Vtraq; autem sunt egrægia in structuris, sed alia in terrenis ædificiis alia etiam in maritimis mobilibus habent uirtutem. Est autem ibi materia potestas mollior q̄ tophus, solidior, q̄ terra, quo penitus ab imo uehementia uaporis adusto nõnullis locis præcreatur id genus arenæ, quod dicitur carbunculus.

## De lapidinis. Caput. VII.

**D**E calce & arena quibus uarietatibus sine & quas habeant uirtutes dixi, sequitur ordo de lapidinis explicare, de quibus & quadrata saxa & cementorum ad ædificia eximuntur copia & comparantur. Hæ autem inueniuntur esse disparibus & dissimilibus uirtutibus. Sunt. n. aliæ molles, uti sunt circa urbem rubræ, pallienses, fidenates, albana, aliæ temperatæ, uti tyburtina, amernina, soractina, & quæ sunt his generibus. nonnullæ duræ, uti scabiceæ. Sunt etiam alia genera plura, uti in cāpania ruber & niger tophus, in umbria & piceno & Venetia albus, qui etiam serra dentata uti lignum, secatur. Sed hæc omnia quæ mollia sunt, hanc habent utilitatē, q̄ ex his saxa cum sunt exempta, non opere facillime tractantur, & si sint in locis tectis, sustinent laborem, sin autem in apertis & patentibus, geliadiis & pruinis congesta, friantur & dissoluuntur, item secundum oras maritimas ab alsugine exesa diffluunt, neq; perferunt æstus, Tybur

## LIBER

tina uero & quæ eodem genere sunt, omnia sufferunt  
 et ab oneribus et à tempestatibus iniurias, sed ab igni  
 non possunt esse tuta, simulq; ut sunt ab eo tacta dis  
 siliunt & dissipantur, ideo quòd temperatura natu  
 rali paruo sunt humore. item quòd non multum ha  
 bent terreni, sed aeris plurimum & ignis. Igitur cū  
 & humor & terrenum in his minus inest, tum etiam  
 ignis tactu & ui uaporis ex his aere fugato penitus  
 insequens & interuenientium uacuitates occupans fer  
 uescit, & efficit ea suis ardentia corporibus similia.

Sūt uero item lapicidina complures in finibus tar  
 quinienfium quæ dicuntur anitiana, colore quidem  
 quemadmodū albana, quarū officina maxima sunt  
 circa lacum uulsiniensem, item praefectura statonien  
 si. Eæ autem habent infinitas uirtutes, neq; n. his  
 gelidiorum tempestas neq; tactus ignis potest no  
 cere, sed sunt firmae & ad uerustatem ideo permanē  
 tes, q̄ parū habent è natura mixtiōe aeris & ignis,  
 humoris autem temperatæ plurimumq; terreni, ita  
 spissis comparationibus solidatæ neq; ab tempestati  
 bus, neq; ab ignis uehementia nocentur. Id autem ma  
 xime iudicare licet è monumentis, quæ sunt circa mu  
 nicipiū ferentis ex his facta lapicidinis, namque  
 habent & statuas amplas factas egrægie, & minora  
 sigilla, floresq; & achanatos eleganter scalptos, quæ  
 cum sint uetusta, sic apparent recentia, uti si sint mo  
 do facta. Non minus etiam fabri ærarii de his lapici  
 dinis in æris flatura formas habent comparatas, &  
 ex his ad æs fundendum maximas utilitates, quæ si  
 prope urbem essent, dignum esset, ut ex his officinis

omnia opera perficere. Cum ergo propter propin-  
 quitatem necessitas cogat ex rubris lapidinis & pala-  
 liensibus & quæ sunt urbi proxima, copiis uti siquæ  
 uoluerint sine uitis perficere, ita erit præparandū.  
 Cum edificandum fuerit, ante biennium ea saxa nõ  
 hieme sed æstate eximantur, & iacentia permaneant  
 in locis patentibus, quæ autem à tempestatibus eo bien-  
 nio tacta læsa fuerint, ea in fundamenta coniciantur,  
 cætera quæ non erunt uitata, ab natura rerum pro-  
 bata, durare poterunt supra terram ædificata, nec  
 solum ea in quadratis lapidibus sunt obseruanda,  
 sed etiam in cementitiis structuris.

De generibus structura & earum qualitatibus mo-  
 dis ac locis. Caput. VIII.

**S**tructurarum genera sunt hæc, reticula-  
 tum quo nunc omnes utuntur, & antiquū,  
 quod incertū dicitur, ex his uenustius est  
 reticulatum, sed ad rimas faciendas ideo paratum, quæ  
 in omnes partes dissoluta habet cubilia & coagmen-  
 ta, Incerta uero cimenta alia super alia sedentia in-  
 ter seque imbricata non speciosam, sed firmiorem quæ re-  
 ticulata, præstant structuram.